

ut secundum justitiam procedat. Secundo casu, ubi qualitas non delictum respicit, sed personam delinquentis, ut peritia insignis, merita egregia in Rempublicam, vel alia hujuscemodi, solus Princeps, eiusve Supremi Magistratus, aut aliis, qui in crimine possit dispensare, remittere, commutare vel legales penas permittuntur; quia in hoc desideratur superior authoritas, que decernat, an venia reus dignus sit propter excellentiam persona, quod minimè cohæret ipsi iudicio, in quo duntaxat agitur de iusta criminis punitione, atque ideo iudicii cuiuslibet quoad hoc arbitrium concessum non est, sed superioribus, de quo sup. num. 72.

111 Quartus & ultimus est casus de delegato iudice: & Menoch. n. 20. 2. 1. que cum aliis sequitur Farin. n. 66. distinguunt inter delegatum à Principe, & ab inferiore, ut qui ab illo iurisdictionem accepit, legis sanctiones ex causa transgredi valent; ab hoc non unicus, nisi delegatus sit à majoribus Magistratis cum arbitrio ad causam, prout sibi visum fuerit, decidendum. Posset tamen dici juxta nuper traditam differentiam, quod ex causa intrinseca quilibet delegatus permititur ab ordinaria pena resilire; nam ex quo ei causa commissa est, omnia censentur demandata; sine quibus illa expediti non potest, l. 1. §. ult. l. fin. ff. de offic. ejus: Non autem poterit causa iussi terminari, nisi arbitriu[m] si iudicanti penam pro mensura delicti praecipere. Quod si causa fuerit ext. infixa, omnino verum est, quod Menochio placet, quanquam dubium sit, an possit major Magistratus demandare, quae sibi specialiter competent, non propter iurisdictionem, sed dignitatem; argument. d. 1. Quae obtinet, esti lex jubeat penam praecise interrogari, Guttier. d. n. 5. Plac. sup. Farinac. n. 24.

112 Ex quibus apparet D. Covar. in presenti egisse de commutatione penae ex causa intrinseca: quia propter eam omni Judicii permissione esse affirmat. Quae licet in se vera sint, inferiores Judices, iudic & maiores cauti sibi propiciant, si ad recedendum ab ordinariis penis, Principem consulant, dum commode possint, ne ipsis imputetur si quid severius, aut levius, quam oportebat, statuerint; prout admonent Clar. d. n. 10. Baiard. sup. n. 38. Bobadill. num. 142.

113 Præterea admonendum est, quod Judices, maximè inferiores, debent in sententia latenter causam, propter quam penam legalem non imponunt, inservere, notant Farinac. n. 62. Clar. ubi proxime, Bobadill. n. 40. Menoch. n. 17. Gail. n. 23. Menchac. illusfr. cap. 14. n. 5. Tiraquel. in d. pref. n. 70. Ant. Sola. n. 12. Tusch. n. 8. Alioquin si causam non expresserint, nec ex actis constet, sententia erit nulla, Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. n. 96. Bart. in l. quid ergo, §. Pena gravior, ff. de iis, qui non infam. Mynsing. sup. num. 7. 8. Guazzin. d. defens. 33. cap. 17. n. 5. & expellas specific, vel generaliter Iudex probare tenebitur; quod fuerit petitum, ut pluribus adductis, docet Bobadill. Adde Guttier. a. num. 17. qui inter superiores, & inferiores Judices distinguit. Sed quando ex actis causa immutandi penam legalem apparet, non esse opus causam aliquomodo exprimere, recte docet post Scacc. & Mynsinger. Guaz. sup. 152. Rojas singul. n. 22.

114 Utrum Iudex, qui ex causa ordinariam penam non irrogat, sed mitiorem, possit subrogare corporalem dubitatur; & quamvis communis sententia doceat, non licere; tamen aliud in praxi obtinet, de quo videndi sunt, Farinac. num. 72. eum seqq. Guazzin. num. 4. Tusch. num. 13. qui plures referunt.

Ibi: Causas vero.

De causis, ex quibus pena augeri, aut minui per Judices possunt, tractant, quos laudavimus sup. n. 103.

Ibi: Quod Iudex.

115 Idem docet Guttier. n. 15. Direct. judic. Eccles. part. 2. cap. 11. n. 15. vers. Vnde Covar. Clar. d. q. 8. n. 7. ubi alios refert, qui tamen loquuntur in statuto irrogante penam pecuniariam intra certum diem solvendum, quae non soluta, corporalem infert; nam reus post lapsum temporis præscripti admittetur ad purgandam moram, & penam corporis evitabit. Contrarium vero scripere Bart. in l. 2. num. 4.

Vers. Quartum, præ ceteris.

Pœpæ arbitriae pecuniariae, quas Episcopi, aliique Prælati suæ Cameræ applicant, debent in usus pios, non in propriam utilitatem converti, Tridentin. d. c. 3. Barbos. d. allegat. 107. n. 18. Quarant. in summ. Bullar. verb. pœna pecuniaria. Bobadill. n. 200. Piasc. in prax. Episcop. part. 1. c. 4. num. 99. in princip. Galerat. in margarit. caf. conscientia, verb. pœna 1. Austr. in Clement. 1. n. 101. de offic. Ordinar. Clar. ubi proxime. Nec possunt applicari pro salario, Vicario, aliste Tribunalis Episcopalis Ministris, nec expendi in fabtacum Ecclesiæ Cathedralis, aut reparationem domus Episcopalis; nam ita declaratum est per Sacram Concil. Tridentini Congregationem, Aldan. in compend. Canonicear. resolution. lib. 5. tit. 1. n. 8. 9. Barbos. in remissum. ad Trident. d. cap. 3. n. 25. cum seqq. Alois. Ricci. in prax. for. Ecclesiastic. de cis. 300. n. 3. in noviss. impres. Stroz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 141. in adit.

Vers. Quintum, et si tutius sit.

Pœnas pecuniarias jure Judicibus delatas, licet Prælati in suis usus expéndunt, Salced. ad Bernard. Diaz. in prax. cap. 134. lit. C. Bobadill. n. 200. Barbos. d. alleg. 107. num. 18. Cened.

Cened. ad Decretal. collect. 170. n. 1. Marc. Anton. Genuens. in practicabilit. Ecclesiastic. qu. 25. Zerola, in prax. Episcop. part. 1. verb. composition. vers. Secundo.

Ibi: Qui idem est probant.

123 Episcopus pauper licet percipit, ac in suis usus convertit, etiam poena arbitrarias pecuniarias; quod præfata Sacra Congregatio declaravit, non obstante, d. c. 3. Concil. Ita Ricc. ubi proxime, Barbos. n. 19. Mofel. ad Consuetudin. Neapol. part. 4. q. 64. n. 24. Bobadil. ubi proxime.

Ad Num. 10.

124 Add. Jaf. in l. transigere. n. 1. C. de transactionib. Barbos. in collect. ad c. 2. de penis, qui textus, ejus litera aliquantolum immutata, infertur est à Gratiano in Decreto in c. omnes Presbyteri. 17. q. 4. Apud Longobardos certa poena pecuniaria constituta erat in occidentes Clericos in Sacris, secundum cujusque gradus dignitatem l. 27. titul. de lib. homin. homicid.

Ad Num. 11.

125 Episcopis Fisco esse, negant Bart. in l. 1. num. 12. C. de bon. vocantib. lib. 10. Platea. in rubric. num. 13. C. de jur. Fisc. eod. lib. Bald. in rubric. ad fidem, C. de privileg. Fisc. Azeved. in l. 1. 2. n. 5. tit. 6. lib. 3. Recop. Amaya in l. 1. num. 38. C. de jur. Fisc. lib. 10. De Larrea allegat. Fisc. in præm. n. 5. Qui duo assertur posse, consuetudine introduci, ut Episcopi Fisco cum privilegiis Fiscalibus habeant. Et eis adde Pat. Suan. de fid. dis. 22. scđ. 1. n. 1.

126 Sed quod Episcopi, ac similes Prælati Fisco sive Cameram teneant, cui poena pecuniaria applicent, receptius est, ut sustinet Merlin. de rigorib. lib. 3. q. 3. n. 13. Barbos. d. alleg. 107. n. 16. Beller. disquisitor. Clerical. part. 1. tit. de favor. Cleric. rear. §. 1. n. 21. Ricc. in prax. aur. resolu. 387. n. 2. Pet. Greg. Syntagma. jur. lib. 3. c. 4. num. 3. Clar. d. §. fin. q. 80. num. 5. ubi Baiard. n. 1. Aviles in c. 12. Prator. verb. Camara. n. 4. Bobadill. n. 199. ubi plurimi. lit. F. Sed eis Episcopus, vel Ecclesiæ Cathedralis Fisco habere dicatur, non tamen ei privilegia Fisci Regii conceduntur, ut advertunt Merlin. Bobadill. & alii, ac diximus lib. 1. c. 16. n. 3.

Ibi: Sic predictam opinionem.

127 Episcopus, aut ipsius Vicarius potest Fiscalem creare, ac publicè constituere, qui res Ecclesiasticae tueatur, ac vitiata subditorum arguat, vel denunciet, Bernard. Diaz. in Decalog. lib. 2. c. 20. n. 24. Farin. de heret. q. 190. §. 11. n. 155. Barbos. d. allegat. 107. n. 17. Clar. in prax. §. Heret. n. 13. Cald. Pereir. in l. unic. part. 5. n. 7. C. ex delict. defunctor. Peregrin. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 97. Pat. Vazq. in 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 196. c. 1. n. 19. Peña part. 3. comment. 154. Guttier. de delict. q. 43. n. 1. Canter. in questionib. crimin. cap. 1. de heretic. Cened. ad Decretal. collect. 5. n. 6. Et si pluribus Ecclesiis interficerit, debent bona inter ipsas distribui, Sanctuarel. de heretic. c. 23. n. 2. Guttier. ubi proxime, Farinac. n. 175. Ratio est, quia in confiseatione non veniunt ea bona, quae reus propter alterius prejudicium ad hæredes transferre minimè valet, Pat. Soc. sup. scđ. 5. num. 3. 4. Clar. d. §. fin. q. 7. 8. n. 7. Bart. in l. eum, qui, in princip. ff. de interdict. & relegat. Sanchez sup. c. 14. n. 5. & d. n. 24. Peregrin. d. tit. 1. n. 68. Clerici autem in hujusmodi bonis nullum successorem præter Ecclesiastiam possunt habere, c. cum in off. iis 7. ubi D. Covar. de testament.

128 Ex quo præmissa conclusio limitatur, ut non procedat, quoties consuetudo obtinuerit, quod Clerici de illis bonis possint in ultimo elogio disponere, prout apud nos observatur, dixit sup. l. 1. c. 15. n. 2. nam etiam bona ex beneficio

acquisita Fisco cedent, Guttier. sup. n. 2. Sanch. de cap. 20. numer. 25. Vazq. Peña ubi proxime, Azor. part. 1. lib. 8. c. 12. quæst. 14.

Patrimonialia vero, vel quasi(hoc est, quæsita non ex be-

neficio, sed aliunde, ministerio spirituali, ut prædicione,

Sacrorum celebrationi, aut administratione Sacramen-

tum, ut explicat Sanch. n. 1. Farinac. n. 154.) ad Fiscom Ec-

clesiae Cathedralis, cui Clericus hereticus adscriptus est,

pertinet de jure; Sanch. n. 16. Peregrin. lib. 4. tit. 5. n. 31.

Guttier. n. 2. Zabarel. Clement. 2. §. Porro, n. 3. de heretic.

Bernard. Diaz. c. 12. 4. ubi Salced. lit. F. Burfat. conf. 43. n. 37.

38. lib. 1. Farinac. n. 15. Sanctarel. ubi sup. Bobadill. n. 201.

Barbos. sup. n. 17. Decian. tract. crimin. lib. 5. c. 44. n. 2. Gregor.

Lop. in lib. 2. glos. 4. tit. 26. p. 7. ubi nota, quod eti per eam

constitutionem, & l. 7. titul. 7. pag. 6. quibus consonat Aut.

Idem est de N. storianis, C. de heretic. caurom sit, ut nisi intra

annum Ecclesia bona Clerici petierit, Fisco Regio defera-

runt; id nullum robur obtinet, quoniam Principes facu-

lares nihil in Ecclesiæ præjudicium stabilire possunt; cap.

qua Ecclesiæ 7. cap. Ecclesia Sancta Maria 10. ubi no-

tatur de constitutionib. Peña sup. q. 109. comment. 158. Farin.

num. 174. Quod verum est etiam quoad bona quærenda,

Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 1. c. 8. scđ. 6. n. 1.

Ibi: Bona autem laici.

Bona hæretici Fisco Regio applicantur, cap. excommuni-

camus, el primo. §. Dannati, de heretic. l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopi-

lar. ubi Azeved. n. 22. 1. l. 2. dist. 1. 7. Partit. & ibi Greg. Lop.

Guttier. quæst. 44. num. 1. Bobadill. num. 201. in fin. Carrer.

tract. de heretic. num. 135. vers. Ita tamen Ant. Gom. variar.

lib. 3. c. 2. n. 1. vers. Item etiam Guid. Pap. decis. 76. n. 1. Clar.

d. 5. Hæret. n. 13. Farin. n. 164. Boff. in prax. tit. de heretic.

d. 5. 3. Eymeric. in direct. Inquisitor. p. 3. q. 112. vers. Quod bona

laicor. Poller. in prax. crimin. in fragmen. n. 10. Nayar. cons.

20. n. 1. tit. de heretic.

Circa hæc notandum est, quod quamvis hæreticus 132

vassallus Duci, Comitis, alteriusve Proceris, qui superio-

rem Principem recognoscunt, bona confisca non eisdem,

sed Fisco Regio deferuntur, Bobadill. lib. 2. cap. 16. nu. 110;

ubi plures lit. B. Guttier. sup. n. 3. Azeved. in dist. l. 1. n. 222.

Simanc. de Cath. instit. c. 9. n. 128. Cantera sup. n. 42. de quo

Farinac. num. 167.

Præterea oportet advertere, ut, si reus bona habuerit 133

apud varias Provincias, que diversis Principibus Supre-

mis subiiciuntur, unusquisque percipiat quicquid in suo

principatu reperit, Guttier. num. 4. Simanc. num. 129.

Canter. ubi proxime.

Ibi: Sed quod bona immobilia.

Hanc & alias DD. opiniones, ac Provinciarum consue-

tudines circa applicationem bonorum, quæ propter hæ-

reticum confiscantur, refert latissimum Farinac. ex num. 175.

ubi asserti oportere, ut Pontificia sanctione talis controver-

sia desideretur, ambiguitasque cessaret. Et de distinctione

inter mobilia, & immobilia, Baiard. num. 1. Farinac. nu.

159. Guttier.

Ibi: Quin, & ipse Felinus asseverat.

Extravagans constitutio, cojus in presenti D. Covar. me-

nit, incipit: Ad extirpanda, fuit edita ab Innocentio IV.

anno 1252. ejusque literam à vers. Teneatur, ubi de triplici

- idem agit, n. 188. Sanchez, n. 126. Clar. d. n. 13. Tusch. l. H. conc. 102. n. 15. Azeved. n. 221. Simanc. n. 131. Param. de origin. offic. Sanct. Inquisit. lib. 2. tit. 1. c. 2. n. 14. Navar. d. conf. 20. num. 1. Guttier. n. 4. cum seqq. Cant. sup. n. 41. & 42. Vela de delict. c. 14. de heretic. vers. Apud nos tamen. Salced. ubi sup.
- 137 Reges tamen Catholici nullum sibi lucrum percipiunt, sed damnatorum bona liberaliter Sancto Officio ad ejus sumptus concedunt: ut in secunda instructione Hispanensi disponitur; & ita observari testantur Simanc. numer. 132. Cancer. ubi proximè, Azeved. dist. numer. 221. Guttier. numer. 5. Quo obviam itum est eis, qui minus recte de ea consuetudine sentiunt.
- 138 His pro coronide addendum est, quod notant Bald. in l. 1. c. de Summa Trinit. Decian. d. lib. 5. cap. 25. n. 2. quos, & alios refert Bobadill. d. cap. 17. n. 201. ad fin. scilicet, quod si inquisitores, vel alii Judices Ecclesiastici omiserint in sententia adversus hereticum bonorum confiscationem, poterit nihilominus secularis Judex bonorum condemnationem facere, ubi ea ad Fiscum Regium spectant. Sed hoc superfluum videtur, nam ex quo aliquis hereticus damnatur, omnes penas hereticis legibus impositas contrahit, quamvis Index nullam exprefserit, l. 1. §. Sed non uique, ff. ad Turpilian. Paz. in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 96. Maximè cum confiscatio hæc ipso jure contingat, c. cum secundum 19. de heretic. in Sanchez sup. c. 14. n. 1. Igitur postquam Judex Ecclesiasticus declaraverit quemquam hereticum perpetrare, etiam nulla confiscationis facta mentione, poterit Fiscus ejus bona apprehendere: quod in ultimis verbis proximè allegatis textus aperte demonstratur, ibi: Sententia super eodem crimen fuit promulgata, nec specialis pronuntiatio super confiscatione desideratur.

AD CAPUT X.

Crimen semel in judicium deductum quando iterum objici ad punitionem possit.

SUMMARIUM.

- 1 Interpretatio legendi congeruntur.
2 De crimen absolitus legitime, vel damnatus, pro eodem molestari non potest.
3 Ea exceptio litis ingressum secundo accusatori praecudit.
4 Absolutoria sententia aliquando complici prodest.
5 Absolutoria in populari actione ceteris actionem tollit. Idem est in eis, que adversus electum objiciuntur.
6 Reus quibus de causis definitive absolutus.
7 In duobus presumitur absolutus, quod probatum crimen non est.
8 Ab instantia liberatus jure de eodem crimen denouo arguitur.
9 Quandiu licet accusationem repetere.
10 An licet primo accusatori?
11 Quando definitivè absolutus possit iterum accusari, & n. 12. cum seqq.
17 Actio civilis quando prejudicet criminali accusationi.
18 Liberatus à delicto per Principem, gratia, vel pecunia, deinde molestari pro ipso non potest, n. 19. 20.
21 Absolutorio in foro anima accusationem non impedit, n. 22.
23 Blasphemus in foro exteriori punitur, et se quoad internum sit absolutus.
24 Per Baptismum delicti præteriti remissio quoad forum exterum non conceditur.
25 Quoad forum poli peccata omnia prorsus delentur.
26 Judice procedente per viam inquisitionis, vel denunciationis, absolutus iterum ex eodem delicto inquietari non debet.
27 Quid de crimen per exceptionem objecto, n. 28.
29 Transactione judicio criminali finito, reus ob idem crimen trahi ad judicium potest, de quo ad n. 32.
33 Absolutorio virtute proprii iuramenti accusari desinens prohibetur.
34 Secus si sententia lata non sit.
35 Juramentum reo ad se purgandum, vel de veritate dicenda, in criminalibus quando sit deferendum.

Circa materiam capituli hujus latè differunt Greg. Lop. in l. 12. tit. 1. part. 7. Farinac. in prax. crim. tom. 1. quasi. 4. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 30. Cardin. Tusch. practicar. conel. tom. 1. lit. A. conc. 35. Caball. resolut. criminal. cas. 93. Octavian. Spathar. in aur. method. de mod. corrigend. Regulares. tract. 10. cap. 1. 2. 13. Guazzin. de defensio. reor. defens. 2. cap. 7. Aug. Barbol. in collectan. ad cap. de his, de accusacionib. Jul. Clar. in prax. §. fin. qu. 57. & ibi Baiard. Sesse Aragon. decif. 106. Salced. ad Bernard. Diaz. reg. 6. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 1. ex num. 26. Marant. de ordin. judicior. part. 6. titul. de Inquisit. Foller. in praxi crimin. 35.

De crimen judicialiter absolutus nequit de eodem iterum accusari, l. 20. ad finem, vers. Otrosi seyendo tit. 22. part. 3. l. 12. tit. 1. part. 7. 1. 3. ff. de prævaricatorib. l. 3. §. Sed et si mulier, ff. de liber. hom. exhib. l. se cui crimen. 7. §. 1. ff. de accusat. l. si quis homicidii 11. C. cod. Glos. verb. accusari, in d. l. si cui crimen, §. 1. Greg. Lop. in d. l. 20. glos. 26. Farinac. n. 1. Pacian. de probat. lib. 1. c. 68. num. 3. 8. Ant. Gom. num. 26. Cavalcan. de Brach. Reg. part. 4. nu. 240. 273. Clar. nu. 1. Foller. nu. 3. Tiraquel. in tract. res int. alias aff. limit. 25. Maran. nu. 49. Scaccia de judic. lib. 1. c. 12. n. 84. Guazzin. n. 1. Gratian. Falcon. reg. 125. Caball. n. 1. Bernard. Diaz. de reg. 6. Tusch. n. 1. Decian. n. 1. Villadieg. in Politie. c. 3. n. 388. Barbol. n. 1. nam, ut inquit Paulus in l. licet 6. in fine ff. naut. caup. stabular. de admisso ejusdem hominis sapientia querendum non est. Glos.

Clar. n. 3. Guaz. n. 11. 36. Tusch. d. conc. 53. n. 27. Caball. s. p. à num. 11.

Quoties reus absolvitur ab instantia, sive observatione 8 judicij, non prohibetur super eodem crimen iterum molestari; Greg. Lop. ubi proximè, Dec. n. 27. Menoch. de præsumpi. lib. 1. q. 9. 3. in fine, Pacian. sup. c. 67. n. 42. Guazzin. n. 53. Boff. in prax. tit. de sentent. n. 65. Clar. n. 3. Villadieg. in politic. c. 2. n. 3. 38. Farinac. cum aliis, n. 23. Tusch. d. conc. 169. n. 12. Baiard. ad Clar. d. q. 57. n. 1. Thesaur. dec. 81. n. 1. Brun. à Sole d. q. 17. n. 6. 9. Caball. cas. 93. n. 8. 29.

Intra quæ tempora liceat accusationem, aut inquisitio- nem instituere adversus reum, ab observatione judicij ab- solutum: non convenit inter DD. qui in variis sententias abierte, ut videre est, apud Guaz. n. 10. Farinac. n. 29. Caball. d. cas. 93. n. 3. 3. qui rectius tenet, ius repetendi accusatio- nem, aut denuò inquirendi extingui intra id temporis, quo de jure crimen, de quo agitur, objici ad punitionem posset, estque computandum à die, quo talis sententia absolutio- ria prolatæ est, naū prescriptio, qua cooperat ex quo de- lictum fuit perpetratum, per primam accusationem man- sit interrupta.

Ibi: Quo in loco adnotarunt Marianus.

Hanc Marianu sententiam de jure Canonico veram di- cit Farinac. n. 30. de quo potest dubitari, quia iura prohibi- tentia, ut inimicus ad accusandum admittatur, loquuntur de illo, qui primò accusatorum accedit, aliovero est, accusatio- nem repete, & instantiam, a qua reus absolutus fuit ob ineptitudinem libelli, vel aliam similem causam instaurare, praesertim si non post multum temporis fiat; argumento l. pluriq. 33. ff. de rit. nuptiar. l. vir. mulieri 65 ff. de donat. inter. Credendūque est eodem zelo justitia, quo accusationem primò propulit, illam suscitare, non pravo inimicitia aff. Et ad quod facit l. si cui 7. §. 1. ff. de accusat. l. non omnes, §. Barbaris. ff. de re militar. nam præsumitur quisque in eadem voluntate, & proposito, sive bono, sive malo persistere; Glos. in l. cum tacitum, 3. ver. convenit ff. de probat. Quidquid de jure Canonico sit, iuxta Civile nulli dubium est, quin eidem, qui accusavit reum ab observatione judicij absolutum, permittatur, aut instantiam real- sumere, aut novum judicium inchoare, l. aut privatim 10. §. 1. in Senatus consulto. 15. §. fin. ff. ad Turpilian. Glos. verb. alii, in l. libellorum, 3. §. ult. ff. de accusat. Marian. Socin. in cap. de ist. n. 5. 2. de accusat. Farin. ubi proximè, Foller. sup. num. 16. Guaz. num. 52.

Vers. Secundò, tum demum.

Absolutus à criminali accusatione, ita demum de eodem delicto postulari permititur, si primi accusatoris prævaricatio probetur; l. 20. tit. 22. part. 3. Greg. Lop. l. 12. tit. 1. part. 7. Ant. Gom. d. n. 26. Dec. n. 2. Barbol. num. 8. in fine, Guazzin. n. 44. Foller. n. 4. Cavalcan. sup. part. 4. num. 274. 284. Tusch. d. conc. 53. nu. 22. Clar. num. 5. Farin. cum aliis, n. 13. 14. ubi quis sit prævaricator, & unde dictus. Simili- ter dicendum est, ubi collusio cum Judice Tabellione, aut testibus intercesserit, cap. ult. de collisione, detegend. Anton. Gom. Farinac. Guazzin. Tusch. Clar. ubi proximè, Baiard. num. 11.

Vers. Tertiò, admittenda est.

Reus etiam definitivè absolutus, de eodem crimen ja- re arguitur ab eo, qui propriam, vel suorum prosequitur injuriam, modo primum judicium ignoraverit; d. l. 2. ad finem, tit. 1. part. 7. ubi Greg. Lop. glos. penult. & seq. Farinac. n. 20. Tusch. n. 7. Decian. n. 23. Ant. Gom. sup. Boff. nu. 81. Marant. d. tit. de Inquisit. nu. 54. Foller. n. 6. Guazzin. n. 46. Villadieg. Curt. Philip. ubi sup. Clar. n. 4. Idem est, si cum sciret, impeditus fuerit ad accusandum, l. si maritus. §. ult. ff. ad l. g. Jul. de adult. Anton. Gom. & Farinac. ubi proximè. Quod limitatur in levibus causis, quibus semel absolutus nullo modo vexari ex eadem causa permititur, ut colligatur ex d. l. si cui §. 1. ff. de accusat. & notant. Guazzin. n. 48. Clar. ubi proximè, Farin. n. 22. Brun. à Sol. in quæst. legal. q. 17. n. 19.

Sed cum quis admittitur adversus semel absolutum, quia propria prosequitur injuriam, cautionem præstare compellitur